

pro me oretis, et tanto attentius quanto scitis me <sup>A</sup> Tam male enim sum in archiepiscopatu, ut certe, si de dilectione vestra confidere, quoniam nunquam sine culpa dicere possum, malim de hac vita exire cognovi me magis quam nunc orationibus indigere. quam sic vivere.

## APPENDIX SPURIORUM

### DIALOGUS <sup>1</sup>

## BEATE MARIE ET ANSELMI DE PASSIONE DOMINI

Sanctus Anselmus longo tempore cum jejuniis, lacrymis et orationibus gloriosam Virginem exoravit ut ei revelaret qualiter ejus filius passus est. Tandem beata Virgo ei apparuit et dixit: Tanta et talia passus est dilectus filius meus, quod nullus sine lacrymarum effusione dicere potest <sup>2</sup>. Tamen, quia glorificata sum, flere non possum: ideo tibi passionem mei filii per ordinem <sup>3</sup> explicabo. Beatus ergo Anselmus quæsit per singula et beata Maria ad singula respondit <sup>4</sup>.

#### CAPUT PRIMUM<sup>5</sup>.

*De traditione Christi ac ejus oratione in horto.*

ANSELMUS. Dic mihi, charissima domina, quale fuit initium passionis filii tui?

MARIA. Quando <sup>6</sup> filius meus a cœna facta cum discipulis suis <sup>7</sup> surrexit, Judas Iscarioth sacerdotum principès adit, et filium meum tradens, pro triginta denariis vendidit <sup>8</sup>.

A. Quales fuerunt illi denarii?

M. <sup>9</sup> Ismaelitici quibus etiam Joseph <sup>10</sup> venitus fuit ante quatuor millia annorum, et hæreditaria <sup>11</sup> successione fuerant devoluti <sup>12</sup> ad illos Judæos qui filium meum emerunt, et unusquisque denarius

valuit decem usuales <sup>13</sup>. Judas vero ita avarus fuit quod, quando denarios vidit, Christum pro eis vendidit <sup>14</sup>, et licet Christus ei prædixisset sæpius, tamen ille Judas per hoc non fuerat emendatus <sup>15</sup>.

A. Fuisti tunc cum filio tuo et discipulis <sup>16</sup> ejus?

M. Non; sed scias quod quando <sup>17</sup> filius meus cœnaverat, et pedes <sup>18</sup> discipulorum lavaverat, et corpus suum et sanguinem discipulis dederat <sup>19</sup>, et dulciter prædicaverat, ac Judas pontifices adierat, filius meus de monte Sion cum discipulis suis per portam ad natatoriam <sup>20</sup> Siloe, ubi erat hortus, quem introivit, et, discipulis dormientibus, ascendit ad montis Oliveti pedem, quantum ad jactum lapidis a discipulis, et oravit sic Patrem: *Exaudi <sup>21</sup> me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua; secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Ne avertus faciem tuam a puero tuo <sup>22</sup> quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ meæ et libera eam, propter inimicos meos eripe me (Psal. LXVIII, 17, 19).*

A. Quare oravit?

M. Propter tres rationes. Prima, quia delicate nutritus fuit, utpote filius Virginis et de stirpe regia natus, quia nobiles magis dolent, quando læduntur,

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>1</sup> Collatus est cum ms Thuano 519 ms Planctus beatæ Mariæ virginis ad Anselmum de passione Domini <sup>2</sup> Beatus Anselmus episcopus longo tempore jejuniis, lacrymis et orationibus gloriosam Virginem exorabat, ut ei dilecti filii sui passionem dignaretur perfectius revelare; cui tandem apparens beata Virgo dicebat: Tanta et talia passus est meus filius prædilectus quod nullus fidelis sine lacrymarum effusione potest exprimere. ms Sanctus Anselmus longo tempore cum lacrymis, et orationibus, et jejuniis rogavit sanctam Mariam virginem, ut ei revelaret qualiter ejus Filius passus est. Tandem beata Virgo sibi apparuit, et dixit. Tanta et talia passus est dilectus filius meus quod nullus sine lacrymarum effusione dicere potest <sup>3</sup> Tamen quia glorificata sum, amplius flere non possum, et ad preces tuas et pro salute multorum tibi passionem mei Filii per ordinem ms Tamen quia glorificata sum, flere non possum: ideo Fili mei passionem per ordinem <sup>4</sup> Beata Virgo ad singula respondebat ms beata Maria ad singula respondit <sup>5</sup> In ms non est capitulorum distinctio, nec sunt tituli <sup>6</sup> Anselmus. Dic mihi, charissima Domina, quale fuit initium passionis Filii tui? Mar. Quando, etc. ms Quæsit ergo primo, et dixit: Charissima Domina, dic mihi qualiter passio Filii tui inchoata est. Respondit Maria, quando, etc. <sup>7</sup> Cum discipulis suis ms omi. suis <sup>8</sup> Tradens... argenteis ms tradidit... denariis <sup>9</sup> Maria Ismaelitici ms Maria respondit: Ismaelitici <sup>10</sup> Et Joseph ms etiam Joseph <sup>11</sup> Multos annos, et hæreditaria ms quatuor millia annorum, hæreditaria <sup>12</sup> fuerant devoluti ms fuerunt devoluti <sup>13</sup> Unusquisque denarius valebat triginta usuales ms quilibet denarius valuit decem usuales <sup>14</sup> Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit <sup>15</sup> Tamen ille Judas per hoc non fuerat emendatus. ms sed ille per hoc se non emendaverat <sup>16</sup> Tunc cum filio tuo, et discipulis ms tunc in consilio cum discipulis <sup>17</sup> Scias quando ms scias quod quando <sup>18</sup> Et quando pedes ms et pedes <sup>19</sup> Et corpus suum et sanguinem suum discipulis dederat, ms Corpus suum et sanguinem dederat discipulis <sup>20</sup> Ad natatorium ms Ad natatoriam <sup>21</sup> Oravit sic Patrem: Exaudi ms oravit ad Patrem dicens: Exaudi <sup>22</sup> A puero tuo ms a me

quam ignobiles<sup>23</sup>, secunda, quia tanta angustia eum invasit, quod guttas sanguineas sudavit de toto corpore, et quia Deus erat, ideo omnia quæ passurus erat præscivit, videlicet conspuitionem<sup>24</sup> blasphemias, flagellationem, crucifixionem, et hujusmodi. Licet enim fur sciat quod mori debeat, tamen nescit quid mors sapiat, nisi quando funis stringit collam; sed filius meus omnia præscivit tanquam Deus et homo; tertia<sup>25</sup>, quia præscivit quod Judæi non deberent ei misereri<sup>26</sup>. Et quando sic oravit: *Pater, si possibile est<sup>27</sup>, transeat a me calix iste, verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat* (Matth. xxvi, 39), angelus Domini<sup>28</sup> apparuit ei confortans eum et dicens<sup>29</sup>. Constans esto, Domine, modo genus humanum redempturus es<sup>30</sup>.

## CAPUT II.

*De Christi comprehensione.*

Post hoc filius meus ad discipulos rediit, eosque dormientes invenit, quibus et dixit<sup>31</sup>: *Non potuistis una hora vigilare mecum?* (Matth. xxvi, 40.) Et adjecit: *Ecce<sup>32</sup> appropinquat qui me tradet* (Marc. xiii, 42); et ecce Judas venit cum turba magna, dixitque Judæis: Duo consimiles sunt, scilicet Jacobus et<sup>33</sup> Jesûs; unde do vobis signum: *Quemcumque osculatus fuero, ipse est; tenete eum* (Matth. xxvi, 48). Et cum Judas accederet cum turba, processit Jesus ad eos, dicens: *Quem queritis?* Qui responderunt: *Jesum Nazarenum.* Quibus Jesus: *Ego sum.* Et cum dixisset: *Ego sum*, omnes ceciderunt retrorsum. Iterum dixit Jesus: *Si me queritis, sinite hos abire.* C  
Ut Scriptura impleretur<sup>34</sup>: *Quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam* (Joan. xviii, 4-9). Tunc accedens Judas osculatus est eum<sup>35</sup>, cui dixit Jesus: *Juda, osculo Filium hominis tradis?* (Luc. xxii, 48.) *At illi injecerunt manus in Jesum, et tenuerunt eum* (Matth. xxvi, 50). Tunc Petrus<sup>36</sup> eduxit gladium et percussit servum principis sacerdotum<sup>37</sup> qui vocabatur Malchus<sup>38</sup> (Joan. xviii, 10).

A. Contigit ibi aliquod miraculum?

A M Filius meus applicuit sibi servum, et curavit auriculam ejus (Luc. xxii, 51), et dixit Petro: *Mitte gladium in<sup>39</sup> vaginam. Omnis enim qui acceperit gladium, gladio peribit. An putas quia non possum rogare Patrem meum, et<sup>40</sup> exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum?* (Matth. xxvi, 52, 53.) Tunc omnes discipuli, relicto eo, fugerunt.

A. Dic, pissima domina<sup>41</sup>, fuisti nunc cum illo<sup>42</sup>?

M. Non.

A. Quare, cum eum tantum diligeres<sup>43</sup>?

M. Nox instabat, et non expediebat ut juvenulæ<sup>44</sup> tunc foris invenirentur.

A. Ubi ergo, dulcissima, fuisti<sup>45</sup>?

M. Fui in domo sororis meæ, matris Joannis evangelistæ.

A. Quomodo ergo vel quis nuntiavit tibi quod actum fuit<sup>46</sup>?

M. Audi nunc, Anselme, quod multum est<sup>47</sup> lamentabile. Venerunt discipuli currentes, et lacrymabiliter clamantes: O charissima domina<sup>48</sup>, dilectus filius tuus Dominus et magister noster<sup>49</sup> captus est, et nescimus quo ducatur jam ligatus, vel quid fiat ei<sup>50</sup>, vel utrum sit occisus.

A. Flevisti tunc, domina?

M. Licet scirem quod genus humanum esset redempturus<sup>51</sup>; tamen propter maternum affectum, doloris gladius, de quo Simeon prædixerat (Luc. ii, 35), animam meam pertransivit<sup>52</sup>.

## CAPUT III.

*De Christi deductione ad Annam, et Petri negatione.*

ANSELMS Quo tunc fuit ductus filius tuus dilectus?

MARIA. De horto prædicto per<sup>53</sup> vallem Josaphat per portam Auream, et ductus fuit in<sup>54</sup> palatium Scribarum, et pontificum et Phariseorum, juxta templum, in domum Annæ<sup>55</sup>; et quæsit Annas de doctrina ejus et discipulis. At ille respondit: *Ego palam locutus sum mando; ego semper docui in sy-*

## VARIÆ LECTIONES

<sup>23</sup> Dolent quam ignobiles *ms* dolent, quando læduntur, quam iustici <sup>24</sup> Quia Deus fuit, et ideo omnia quæ pati debuit, præscivit: videlicet conspuitionem *ms* Et quia Deus erat, sciebat omnia quæ passurus erat. Præscivit videlicet conspuitionem <sup>25</sup> Hujusmodi. Tertia, etc. *ms* hujusmodi. Licet enim fur sciat quod mori debeat, tamen nescit quid mors sapiat, nisi quando funis stringit collam. Sed Filius meus omnia præscivit tanquam Deus et homo. Tertia, etc. <sup>26</sup> Et misereri *ms* sibi misereri <sup>27</sup> Quando sic oravit. Pater, si possibile est *ms* quando oravit. Pater, si potes <sup>28</sup> Angelus Domini *ms* omni. Domini <sup>29</sup> Eum, dicens *ms* eum, et dicens <sup>30</sup> Debes redimere *ms* redempturus es <sup>31</sup> Quibus et dixit *ms* quibus dixit <sup>32</sup> Dicens etiam: Ecce *ms* et adjecit. Ecce <sup>33</sup> Turba Judeorum magna; dixitque Judæis: Duo itaque pares sunt, scilicet Jacobus et *ms* turba magna: et dixit Judæis: Duo sunt consimiles, Jacobus videlicet et <sup>34</sup> Scriptura impleatur *ms* Scriptura impletur <sup>35</sup> Tunc Judas osculabatur eum *ms* Tunc accedens Judas osculatus est eum <sup>36</sup> Tunc Petrus *ms* Petrus vero <sup>37</sup> Principis sacerdotum *ms* omni. sacerdotum <sup>38</sup> Malchus *ms* Marchus <sup>39</sup> Gladium tuum in *ms* gladium in <sup>40</sup> Patrem, meum, et *ms* Patrem, et <sup>41</sup> Pissima Domina *ms* dulcis Maria <sup>42</sup> Tunc cum illo? *ms* tunc ibi? <sup>43</sup> M. non. A. Quare, cum eum tantum diligeres? *ms* hæc omittit <sup>44</sup> Ut mulieres *ms* ut juvenulæ <sup>45</sup> Dulcissima fuisti tunc? *ms* tunc dulcissima fuisti? <sup>46</sup> Vel a quo nuntiatum tibi fuit factum hujusmodi? *ms* vel quis tibi nuntiavit quod factum fuit? <sup>47</sup> Nunc quod multum est *ms* nunc, Anselme, quod nimis es <sup>48</sup> Venerunt discipuli currentes et lacrymabiliter clamantes: O charissima Domina *ms* Venerunt apostatae, discipuli lacrymabiliter currentes ad me et clamantes; Bona Domina <sup>49</sup> Filius tuus magister noster *ms* Filius tuus, Dominus et magister noster <sup>50</sup> Ducatur, vel quid fiat ei. *ms* ducatur jam ligatus, et nescimus quid factum sit ei, vel utrum sit occisus <sup>51</sup> Genus humanum redimere deberet *ms* redempturus esset humanum genus <sup>52</sup> Gladius animam meam pertransivit. *ms* Gladius de quo Simeon prædixerat, animam meam transfixit <sup>53</sup> Horto prædicto per *ms* horto per <sup>54</sup> Josaphat in civitatem, et ducebatur in *ms* Josaphat, per portam Auream ductus fuit in <sup>55</sup> Domum Annæ *ms* omni. Annæ

magoga, et in templo <sup>56</sup> ubi omnes Judæi conveniunt <sup>57</sup>; et in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui me audierunt quid locutus sim eis; ecce hi sciunt quid dixerim eis. Tunc <sup>58</sup> assistens unus ministrorum dedit ei alapam in expertæ crudelitatis, dicens <sup>59</sup>: Sic respondes pontifici? Filius autem meus, ut Agnus mansuetus, respondit ei: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si bene, cur me cædis? (Joan. xviii, 20-23.) Tunc velaverunt oculos ejus tanquam furis <sup>60</sup>; quod tamen nulli fit, nisi prius condemnetur. Et illuserunt ei tota nocte, spuentes in faciem ejus, et percutientes eum, dixerunt; Prophetiza nobis; quis est <sup>61</sup> qui te percussit? (Matth. xxvi, 68.) Joannes vero existens intus, quia notus <sup>62</sup> erat pontifici, introduxit Petrum. Quem videns ostiaria dixit: Tu es ex discipulis hominis istius? (Joan. xviii, 17.) Petrus vero ter negavit cum juramento quod nunquam eum vidisset, neque novisset. Et statim gallus cantavit. Et conversus Jesus respexit <sup>63</sup> Petrum, et recordatus est Petrus verbi Domini quod dixerat ei: Quia priusquam <sup>64</sup> gallus cantet, ter me negabis. Et egressus Petrus flevit amare. (Luc. xxii, 61, 62.)

A. Ubi fuisti, charissima domina, cum hæc fierent <sup>65</sup>?

M. Statim cum discipuli mihi dixissent quæ facta fuerant, omnia ossa mea contremuerunt, surgensque <sup>66</sup> cucurri cum Maria Magdalena juxta templum, audiensque tumultum in domo Annæ, volui intrare, sed non sum permissa <sup>67</sup>. Unde stabam foris plorans et clamans: Heu! dilecte fili mi, lumen oculorum meorum, quis abibit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum (Jer. ix, 1) ut plangam interfectionem filii <sup>68</sup> mei? Maria vero Magdalena circumibat undique, et intropiciens per fenestras, quæ audiens negationem Petri, commota sunt omnia viscera ejus pro <sup>69</sup> desolatione unici filii mei, eo quod princeps discipulorum eum negasset, et dixit: O Jesu bone <sup>70</sup>, qualem finem sortitus es, vel quid fiet

A de te, cum iste princeps discipulorum te negaverit? O dulcis Jesu <sup>71</sup> non te negabo, in æternum. Ego autem stabam <sup>72</sup>, plena dolore, au liens omnes illusiones et contumelias, quas filio meo dilecto inferebant, et Petrum negantem et omnia quæ tota nocte ibi fiebant. Et cum Petrus tertio negasset, filius meus eum respexit, et eo quod eum negaverat, flevit amare <sup>73</sup>: Egressus foras invenit nos foris stantes, et tacta dolore cordis intrinsecus dixi ad eum. Petre, Petre, <sup>74</sup>, quid agitur cum Jesu, vel ubi est Jesus <sup>75</sup>? Qui clamans et ejulans lacrymosa voce respondit: Heu, charissima domina <sup>76</sup>, absque misericordia tractatur, et cruciatur usque <sup>77</sup> ad mortem. Et currens abscondit se præ timore in lapide, qui vocatur Gallicantus, et non comparuit donec Jesus mortuus fuit in cruce.

A. Dic mihi, domina <sup>78</sup> charissima, quid fecisti cum hoc audires?

M. Gladius Simeonis pertransivit animam meam.

#### CAPUT IV.

##### De Christi deductione ad Caipham.

ANSELMUS. Dic mihi quid factum <sup>79</sup> fuit post hæc?

MARIA. Mane facto eduxerunt eum de domo Annæ, et duxerunt eum ad Caipham principem sacerdotum <sup>80</sup>. Tunc primo postquam captus fuerat vidi eum, et <sup>81</sup> accurrens quasi læna raptis fetibus videbam illam desiderabilem faciem sputis Judæorum maculatam, dicens lacrymando: Heu! dilectissime fili, quam <sup>82</sup> miserabilem te <sup>83</sup> modo video, quæ toties dulcissimo <sup>84</sup> tuo aspectu gaudebam? Et volens illum amplecti, non fui permissa accedere, sed trusa a Judæis huc et illuc, contumeliose sum amota, et populus undique concurrebat, sicut quando fures et latrones condemnantur.

A. Habuisti aliquam <sup>85</sup> spem quod liberari posses?

M. Etiam; sciebam enim quod <sup>86</sup> ingeniosus fuit et facundus, et sperabam quod se excusaturus esset, si ad iudicium veniret. Tunc stetit quasi agnus

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>56</sup>In templo *ms* et in templo <sup>57</sup> Judæi conveniunt *ms* Judæi conveniunt <sup>58</sup> Interrogas? Tunc *ms* interrogas? Interroga eos qui me audierunt, quod locutus sum eis. Ecce hi sciunt quid dixerim eis. Tunc <sup>59</sup> Dabat ei alapam in expertæ crudelitatis, dicens *ms* dedit alapam Jesu, dicens <sup>60</sup> Ligaverunt oculos ei tanquam furi: *ms* velaverunt oculos ejus tanquam latronis <sup>61</sup> Et percutientes eum dixerunt, Prophetiza nobis, quis es *ms* et illuserunt ei dicentes: Prophetiza, quis est <sup>62</sup> Qui notus *ms* quia notus <sup>63</sup> Et conversus Jesus respexit *ms* et Filius n eus respexit <sup>64</sup> Verbi Domini quid dixerat ei: Quia priusquam *ms* Verbi quod dixerat Filius meus Jesus: quod priusquam <sup>65</sup> Cum hæc fierent *ms* quando hæc facta sunt <sup>66</sup> Mihi dixissent, quæ facta fuerant, omnia ossa mea contremuerunt, surgensque *ms* mihi quod factum fuerat nuntiaverunt, contremuerunt omnia ossa mea. Surgens cucurri <sup>67</sup> Tumultum, volui intrare, sed non fui *ms* tumultum in domo Annæ, volebam intrate, sed non sum permissa <sup>68</sup> Interfectum Filii *ms* interfectionem unici filii <sup>69</sup> Et audiens... commota est totis visceribus pro *ms* quæ audiens... commota sunt omnia viscera ejus pro <sup>70</sup> Jesu bone, *ms* Jesu dulcis <sup>71</sup> Princeps discipulorum te negaverit. O Jesu *ms* princeps omnium, ut dignoscitur, te negavit. Dulcis Jesu <sup>72</sup> Negabo in æternum. Ego autem stabam *ms* negabo. Ego stabam <sup>73</sup> Cum ergo Petrus eum tertio negasset, Filiusque meus eum respexisset, et propter quod eum negaverat, flevisset amare *ms* Et cum Petrus tertio negasset, Filius meus eum respexit, et eo quod negaverat, amare flevit <sup>74</sup> Cui cum dolore dixi, Petre *ms* et tacta dolore cordis intrinsecus dixi ad eum, Petre <sup>75</sup> Jesu? qui *ms* Jesu, vel ubi est Jesus? Qui <sup>76</sup> Heu charissima Domina *ms* heu Domina bona <sup>77</sup> Tractatur et cruciatur *ms* cruciatur et occiditur usque <sup>78</sup> Dic Domina *ms* dic mihi Domina <sup>79</sup> Quid factum *ms* Dic mihi quid factum <sup>80</sup> Principem sacerdotum *ms* Pontificem <sup>81</sup> Tunc primo, postquam captus fuerat, vidi eum, et *ms* ibi eum tunc vidi, postquam captus fuit, et <sup>82</sup> Dicens lacrymando, heu dilectissime Fili *ms* crines dilanians, ejulans et plorans, atque clamans, heu dulcissime <sup>83</sup> Miserabiliter te *ms* miserabilem te <sup>84</sup> Dulcissimo *ms* amantissimo <sup>85</sup> Tunc aliquam *ms* omit, tunc <sup>86</sup> Etiam; sciebam enim quod *ms* Etiam, cum desiderio sperabam ut mater. sciebam itaque quod

mansuetissim<sup>87</sup>. et non aperuit os suum ; fuit etiam<sup>88</sup> ita amabilis quod sperabam quod deberent ejus misereri. Et mox tempore dilapso, adeo consputus fuit quod quasi leprosus apparebat Invenierunt enim isti multa falsa testimonia contra eum, dicentes eum<sup>89</sup> esse legis destructorem, et populi subversorem<sup>90</sup>. Tandem duo falsi testes accesserunt, dicentes : Hic dicit : Possum destruere templum Dei, et post triduum<sup>91</sup> reedificare illud (Matth. xxvi, 60, 61). Et Caiphas dixit : Dic nobis si tu es Christus (ibid., 65). Jesus respondit : Si dixerio vobis, non creditis mihi Si autem interrogaverio vos, non respondebitis, neque<sup>92</sup> dimittetis (Luc. xxii, 67, 68). Amen, dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, et ait<sup>93</sup> : Quid adhuc desideramus testes ? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur ? Tunc omnes clamabant : Reus est mortis (Matth. xxvi, 64-66) Hac prolata sententia, gladius Simeonis pertiansivit animam meam<sup>94</sup>.

## CAPUT V.

## De Christi ad Pilatum deductione.

ANSELMUS. Quo tunc ductus fuit ?

MARIA. Ad judicem Pilatum.

A. Sperasti ibi aliquid, domina charissima ?

M. Multum speraveram, cum turba convenisset cui sæpe dulciter prædicaverat, et quorum infirmos sanaverat, et eos in deserto paverat, quod eum de manibus Judæorum liberare deberent. Tunc unanimiter clamabant coram Pilato : Crucifige, crucifige eum (Luc. xxiii, 24). Et imposuerunt ei quod<sup>95</sup> dixerat se filium Dei esse (Matth. xxvii, 45), et quod prohibuisset tributa dari Cæsari (Luc. xxiii, 2). Tunc Pilatus quæsit<sup>96</sup> de regno suo, dicens : Tu es rex Judæorum ? Et respondit Jesus : A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me ? Respondit Pilatus : Nunquid ego Judæus sum ? Gens tua et pontifices tui tradiderunt<sup>97</sup> te mihi, quid fecisti ? Respondit Jesus : Regnum meum non est de hoc mundo ;<sup>98</sup> si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decernerent, ut non traderet Judæis. Dixit itaque Pilatus : Ergo rex es tu ? Respondit Jesus : Tu dicis. Quia rex sum ego ; ego ad hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati ;

A omnis qui ex veritate est, audit vocem meam. Dixit ei Pilatus. Quid est veritas ? (Joan. xiiii, 35-38.) Hanc quæstionem non solvit ei Christus, quia si solvisset, eum utique liberasset, et ideo genus<sup>99</sup> humanum redemptum non fuisset. Tunc Judas videns quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus populi, dicens : Peccavi tradens sanguinem justum<sup>100</sup>. At illi dixerunt : Quid ad nos ? tu videris. Et projectis argenteis in templum, recessit ab eis, et abiens laqueo se suspendit (Matth. xxvii, 3-5). Pilatus autem, convocatis principibus sacerdotum, et magistratibus et plebe, dixit ad eos : Nullam causam invenio mortis in homine isto<sup>101</sup> ex his in quibus eum accusatis<sup>102</sup>. (Luc. xxiii, 4, 14.) At illi invalescebant, dicentes : Commovit populum<sup>103</sup> per universam Judæam, incipiens a Galilæa usque huc (ibid.,

## CAPUT VI.

## De abductione ad Herodem, et reductione ad Pilatum.

Tunc Pilatus audiens Galilæam, et quod Galilæus esset, misit eum ad Herodem, qui et tunc erat Hierosolymis<sup>104</sup>. Herodes autem viso Jesu gavisus est valde ; erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, eo quod audierat multa de eo, et quia sperabat aliquod signum ab eo fieri. Interrogabat ergo Jesum multis sermonibus (Luc. xxiii, 6-9), videlicet, si esset ille puer, quem<sup>105</sup> pater suus volebat interficere<sup>106</sup>, et propter eum multos pueros necaverat<sup>107</sup>. Item : Si esset ille qui cæcum<sup>108</sup> illuminaverat, et qui Lazarum suscitaverat, et adolescentem filium viduæ in porta civitatis Naïm ; et multa alia miracula fecisset<sup>109</sup> ; et rogavit eum ut aliquod signum faceret, promittens quod eum de manibus<sup>110</sup> Judæorum eriperet. Jesus autem nihil ei respondit (ibid., 9). Et posuit Herodes coronam super caput ejus, promittens quod si faceret ei signum, quod ipsum regni sui participem faceret, et pariter cohæredem<sup>111</sup>. Ista corona Romani coronantur imperatores<sup>112</sup>. Jesus autem non respondit ei. Stabant autem principes sacerdotum et Scribæ constantes accusantes eum (ibid., 10).

ANSELMUS. O dulcissima, quid tunc sperabas ?

MARIA. Sciebam Herodem esse regem naturalis elegantiae, et ideo<sup>113</sup> sperabam quod regi excellen-

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>87</sup> Mansuetissimus *ms* mansuetus Item, fuit etiam *ms* omitt. Item <sup>89</sup> Enim multa falsa testimonia dicentes eum *ms* isti multa falsa testimonia contra eum, dicentes eum <sup>90</sup> Perversorem. *ms* subversorem <sup>91</sup> Et post triduum *ms* et in triduo <sup>92</sup> Respondebitis, neque *ms* respondebitis mihi, nec <sup>93</sup> Scidit vestimenta sua, et ait *ms* scindens vestimenta sua ait <sup>94</sup> Animam meam. *ms* animam et cor meum. <sup>95</sup> Et imposuit ei turba quod *ms* Et imposuerunt ei quod <sup>96</sup> Quæsit eum *ms* omitt. eum <sup>97</sup> Pontifices tradiderunt *ms* Pontifices tui tradiderunt <sup>98</sup> Nunc autem regnum meum non est de hoc mundo. *ms* hæc omittit. <sup>99</sup> Et ideo genus *ms* et tunc genus <sup>100</sup> Tradens sanguinem justum *ms* tradens justum <sup>101</sup> Causam mortis in homine isto *ms* causam in hoc homine <sup>102</sup> Eum accusatis *ms* eum accusant <sup>103</sup> Populum docens per *ms* omittit docens <sup>104</sup> Audiens Galilæam et quod Galilæus esset, misit Jesum ad Herodem, qui et ipse Hierosolymis erat illis diebus <sup>105</sup> Ille puer, quem *ms* ille quem <sup>106</sup> Volebat interficere *ms* volebat occidere <sup>107</sup> Pueros interfecerat *ms* pueros necaverat <sup>108</sup> Qui cæcos *ms* qui cæcum <sup>109</sup> Alia miracula fecisset : et *ms* alia. Et <sup>110</sup> Ut eum de manu *ms* quod eum de manibus <sup>111</sup> Promittens quod si ei faceret signum, quod ipsum regni sui participem faceret, et pariter cohæredem *ms* hæc omittit <sup>112</sup> Ista corona Romani coronantur Imperatores. *ms* hæc corona omnes Imperatores coronantur <sup>113</sup> Mar. Sciebam Herodem esse Regem naturalis elegantiae ? et ideo *ms* Mar. Sperabam ut mater, o Anselme : sciebam enim Herodem esse regem elegantem ; et ideo

tissimo filio meo parcere debuisset. Sprevit autem A filium meum, et indutum veste alba remisit eum Pilato. Et facti sunt amici Herodes et Pilatus; nam antea inimici erant <sup>114</sup> (Luc. XVIII, 11, 12). Sciens autem <sup>115</sup> Pilatus quanta immanitate et crudelitate in morte filii mei conspiraverint Judæi, præmisit quosdam <sup>116</sup>, qui Jesum ab Herode conducerent, ne ipsum in via interficerent. Remisso ergo filio meo, convocans Pilatus omnes Judæos, dixit <sup>117</sup>: *Obtulistis mihi hunc hominem quasi avertentem populum; et ecce ego coram vobis interrogans nullam causam mortis in eo invenio, ex his in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes <sup>118</sup>, nam remisi vos ad illum <sup>119</sup>; ecce nihil dignum morte factum est ei. Emendatum ergo illum dimittam (ibid., 14-16). At illi petebant Barabam, qui propter seditionem et homicidium <sup>120</sup> missus erat in carcerem (ibid., 18, 19). Pilatus secundo dixit <sup>121</sup>: *Quid enim mali fecit: Nullam causam mortis invenio in illo: corripiam ergo eum, et dimittam. At illi instabant vocibus magnis, ut crucifigeretur, clamantes: Crucifige <sup>122</sup> crucifige eum (ibid., 21-23). Sedente ergo Pilato pro tribunali, misit ad eum uxor sua: Nihil tibi et justo illi. Multa enim in hac nocte passa sum per visum propter illum (Matth. XXVII, 19)**

#### CAPUT VII.

*De flagellatione et corona svinea, ac vociferationibus Judæorum.*

Pilatus autem sperans crudelitati Judæorum satisfacere, apprehendit Jesum et flagellavit statua illigatum ita ut a <sup>123</sup> planta pedis usque ad verticem non esset in eo sanitas (Isai. 1, 6). Hæc statua ita spissa fuit quod circa duas spannas manus manum <sup>124</sup> tangere non potuit. Unde accipiebant corrigias, et manus ejus ligabant.

ANSELMUS. Sperasti ibi aliquid <sup>125</sup>, domina charissima?

MARIA. Multum speraveram propter hanc causam, quam tibi manifestabo; delicata enim et <sup>126</sup> naturalis ingenuitas, et formosa membrorum principalium compages mihi matri ejus solummodo nota spem

præstitit. Æstimabam siquidem nudato corpore formosis membrorum lineamentis victi parcerent; sed heu! in momento temporis totalis corporis ejus superficies ita sanguine perfusa est ac si purpura circumdatus, et in stuporem <sup>127</sup> et deformitatem transformatus, omnibus apparuit quasi lepra percussus. Milites vero plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti ejus, et veste purpurea circumdederunt eum, ac venerunt ad eum, et dixerunt <sup>128</sup>, Ave, rex Judæorum! et dabant ei alapas (Joan. XIX, 2, 3). Hanc coronam habet rex Franciæ. Hæc corona non <sup>129</sup> fuit de spinis, sed de juncis marinis; qui habent acutiores aculeos quam veræ spinæ. Hanc coronam igitur plectentes capiti ejus imprimebant ita <sup>130</sup>, quod sanguis per ejus faciem defluebat et sic ornatum <sup>131</sup> eduxit eum Pilatus foras, et dixit: *Ecce rex vester. Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum (ibid., 13-15)! Respondit eis Pilatus. Accipite eum vos, et crucifigite. Responderunt: Nos legem habemus, et secundum hanc legem debet mori; quia Filium Dei se fecit. Dum ergo audisset Pilatus hos sermones, magis timuit. Et ingressus prætorium dixit ad Jesum: Unde es tu? Jesus autem responsum non dedit ei <sup>132</sup>. Dixit ergo ei Pilatus <sup>133</sup>: *Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere te? Respondit Jesus: Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi, majus peccatum habet. Et exinde quærebat <sup>134</sup> Pilatus dimittere eum: Judæi autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non eris amicus Cæsaris (ibid., 6-12) <sup>135</sup>. Videns autem Pilatus quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lavit manus coram omni populo, et dixit: *Innocens ego sum a sanguine jusi hujus; vos videritis. Et respondens universus populus dixit: Sanguis ejus super nos et super filios nostros (Matth., XXVII, 24, 25). Instabant ergo magnis vocibus ut crucifigeretur, et invalescebant voces eorum. Et Pilatus adjudicavit fieri petitiones eorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium missus fuerat in carcerem, quem petebant (Luc. XVIII, 25-25).***

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>114</sup> Non erant amici ad invicem. *ms* erant inimici. <sup>115</sup> Sciens autem *ms* sciens igitur. <sup>116</sup> Præmisit quosdam *ms* providit quosdam. <sup>117</sup> Convocatis Pilatus omnibus Judæis dixit ad eos: *ms* convocans Pilatus omnes Judæos, dixit. <sup>118</sup> Sed neque Herodes *ms* hæc omittit. <sup>119</sup> Nam remisi vos ad illum. Ecce *ms* remisi ad vos illum: et ecce. <sup>120</sup> Propter homicidium *ms* propter seditionem et homicidium. <sup>121</sup> Pilatus dixit *ms* Pilatus 2<sup>o</sup> dixit. <sup>122</sup> Magnis ut crucifigeretur, clamantes: Crucifige *ms* magnis: Crucifige. <sup>123</sup> Sperans quo crudelitati Judæorum satisfacere deberet: apprehensum Jesum flagellari fecit in statua ligatum ita quod a *ms* sperans crudelitati Judæorum satisfacere, apprehendit Jesum et flagellavit in columna ligatum, ita ut a. <sup>124</sup> Manus manum *ms* manus magnum. <sup>125</sup> Ibi aliquid *ms* inde aliquid. <sup>126</sup> M. Multum speraveram propter hanc causam, quam tibi manifestabo. Delicata enim et *ms* Mar. Etiam Anselme, quasi mater. Propterea causam tibi pandam. Delicata siquidem et. <sup>127</sup> Et membrorum principalium compages mihi matri ejus solummodo nota spem præstitit. Æstimabam siquidem nudato corpore formosis membrorum lineamentis victi parcerent; sed heu in momento temporis, totalis corporis ejus superficies ita sanguine superfundebatur, ac si purpura circumdatus, et in stuporem *ms* Et formosa membrorum principalium compago inde mihi solummodo ex materna familiaritate fuit nota, et nulli alii experta; ideoque existimabam quod nudato corpore decentissimo membrorum lineamento victi compaterentur. Sed heu ita totalis corporis ejus superficies sanguine perfusa est, ac si purpura circumdatus in stuporem. <sup>128</sup> Ac veniebant ad eum et dicebant *ms* et venerunt ad eum, et dixerunt. <sup>129</sup> Franciæ. Hæc corona non *ms* Francorum quæ non. <sup>130</sup> Cum lancea percutientes capiti ejus imprimere conabantur, ita *ms* igitur plectentes capiti ejus imprimebant, ita. <sup>131</sup> Sic cruentatum *ms* sic ornatum. <sup>132</sup> Responsum non dedit ei *ms* non respondit ei. <sup>133</sup> Dicit ei Pilatus *ms* dixit ergo ei Pilatus. <sup>134</sup> Et exinde quærebat *ms* et inde volebat. <sup>135</sup> Non es amicus *ms* non eris amicus.

## CAPUT VIII.

*De damnatione Christi, et crucis bajulatione.*

Ad nimiam igitur plebis instantiam Pilatus hanc mortis sententiam protulit adversus filium meum, dicens: *Jesum Nazarenum abjudico vitæ, et adjudico morti ignominiosæ* <sup>136</sup> *crucis.*

ANSELMUS. Quid fecisti, dulcissima, cum <sup>137</sup> hæc audires?

MARIA. Hac prolata sententia gladius Simeonis pertransivit cor meum et animam meam.

A. O dulcis Maria! quid factum <sup>138</sup> fuit post hæc?

M. *Susceperunt Jesum dilectum filium meum, et eduxerunt eum, ut scribit Joannes, et bajulans sibi crucem exiit in locum qui* <sup>139</sup> *dicitur Calvariæ locus, ubi eum crucifixerunt* (Joan. xix, 16-18). *Cruce vero* <sup>140</sup> *adeo magna erat, quod habebat* <sup>141</sup> *quindecim pedes in longitudine. Et adeo debilitatus erat filius meus præterita nocte et illa die, quod* <sup>142</sup> *eam portare non poterat. Unde et Lucas scribit: Apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem, et imposuerunt illi crucem portare post Jesum unicum* <sup>143</sup> *filium meum* (Luc. xiii, 26). Quod fecerunt non causa miserationis, sed quia præ debilitate id facere non poterat <sup>144</sup>.

A. Sequebantur eum aliqui <sup>145</sup>, cum educeretur?

M. Tota turba concurrebat, sicut quando fures ducuntur ad supplicium. Unde <sup>146</sup> Lucas scribit: *Sequebatur autem illum turba multa populi; et mulieres, quæ* <sup>147</sup> *plangebant et lamentabantur eum* (ibid. 27). Sequebantur etiam pueri projicientes lutum et lapides in eum. *Conversus autem filius meus Jesus ad mulieres dixit: Filiae Jerusalem, nolite flere super me; sed super vos ipsas* <sup>148</sup> *flete, et super filios vestros, qui lutum et lapides mittunt in me, nescientes quid faciunt, quoniam ecce dies veniunt, in* <sup>149</sup> *quibus dicent: Beatæ steriles et ventres qui non genuerunt, et ubera quæ non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; et collibus: Operite nos. Quia si in viridi ligno, hoc est in pueritia, hoc faciunt, in arido, hoc est in senectute,*

<sup>A</sup> *quid fiet?* (ibid., 28, 31). *Vel in viridi ligno, hoc est in me, in arido, hoc est in aliis sanctis meis, quid* <sup>150</sup> *fiet? Ducebantur et alii duo nequam cum eo, ut crucifigerentur* (ibid., 22). Hoc fecerunt ad majorem <sup>151</sup> confusionem.

## CAPUT IX.

*De Christi et matris hypapante.*

Cum autem educeretur filius meus principalis, cum duobus sceleratis extra portam civitatis, cum ingenti pressura irruentis populi et insultantis <sup>152</sup>, volui eam sequi et videre, sed non potui præ maxima multitudine populi, quæ ad opprobrium filii mei convenerat. Sed tandem cum Maria Magdalena deliberavi quod per viam adjacentis plateæ circa quemdam fontem circumiremus, quatenus illi obviarem. Et cum venissemus juxta <sup>153</sup> fontem, obvium habuimus meum filium deformatum, pressum omni dolore; qui benigne inclinabat se ad me, ac si diceret <sup>154</sup>, Grates tibi refero, electa mater mea, pro multimodis beneficiis mihi impensis <sup>155</sup>, et pro multo labore quo in summa paupertate et abjectione <sup>156</sup> enutrivisti templum corporis mei, et nunc in destructione constitutum inter contumelias et opprobria sequi non dedignaris nec vereris <sup>156\*</sup>, quamvis omnibus contemptui habeamur <sup>157</sup>.

## CAPUT X.

*De crucifixione, et crucis erectione.*

At postquam venerunt in locum Calvariæ, ubi eum crucifixerunt, et latrones cum eo, unum a dextris, et alium a sinistris (Marc. xv, 27).

ANSELMUS. Quomodo fecerunt ei?

MARIA. Audi, Anselme, quod modo referam nimis est lamentabile, et nullus evangelistarum scribit. Cum venissent ad locum Calvariæ ignominiosissimum, ubi canes et alia morticina <sup>158</sup> projiciebantur, nudaverunt Jesum unicum filium meum totaliter vestibus suis, et ego exanimis facta fui; tamen velamen capitis mei accipiens circumligavi lumbis suis. Post hoc deposuerunt crucem super terram, et eum desuper extendierunt, et inculiebant primo unum clavum adeo spissum quod tunc sanguis <sup>159</sup>, non potuit emanare: ita vulnus clavo replebatur.

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>136</sup> Ad nimiam autem plebis instantiam Pilatus hujus mortis sententiam protulit ad filium meum, dicens: Jesum Nazarenum abjudico vitæ et adjudico morti ignominiosæ *ms* ad nimiam igitur plebis instantiam Pilatus protulit hanc sententiam adversum filium meum, dicens: Jesum Nazarenum abjudico morti ignominiosæ <sup>137</sup> Dulcissima cum *ms* dulcissima Domina: cum <sup>138</sup> Ans. Quid factum *ms* Ans. O dulcis Maria, quid factum <sup>139</sup> In eum locum qui *ms* in locum qui <sup>140</sup> Cruce *ms* Cruce vero <sup>141</sup> Quod habuerat *ms* quod habebat <sup>142</sup> Præterita nocte et illa die quod *ms* tota nocte quod <sup>143</sup> Post unicum *ms* post Jesum unicum <sup>144</sup> Quod compaterentur ei *ms* hæc omittit <sup>145</sup> Sequebantur aliquæ mulieres *ms* sequebantur eum aliqui <sup>146</sup> Turba conveniebat. Unde *ms* turba concurrebat, sicut quando fures ducuntur ad supplicium. Unde <sup>147</sup> Et mulierum quæ *ms* et mulieres quæ <sup>148</sup> super vos ipsos *ms* super vos ipsas <sup>149</sup> Venient, in *ms* veniunt, in <sup>150</sup> Sanctis meis quid *ms* sanctis quid <sup>151</sup> Ad sui majorem *ms* omit. sui <sup>152</sup> Irruentis populi et insultantis *ms* irruentes populi et insultantes <sup>153</sup> Una cum Maria Magdalena deliberabam quod per viam objaentis plateæ circa quemdam fontem cucurrimus, quatenus illi obviam veniremus: Et cum veniremus juxta *ms* cum Maria Magdalena deliberavi quod per viam adjacentis plateæ circa quemdam fontem circumiremus, quatenus illi obviarem. Et cum venissemus juxta <sup>154</sup> Inclinaus se ad me, dicebat, Ave Mater, ac si diceret *ms* se inclinabat ad me, ac si diceret <sup>155</sup> Multimodi beneficiis mihi impensis et *ms* multimodis beneficiis, et <sup>156</sup> Paupertatis abjectione *ms* paupertate et abjectione <sup>156\*</sup> Sequi non dedignaris nec vereris *ms* sequi non vereris <sup>157</sup> Contemptui habeamur *ms* contemptui simus <sup>158</sup> Morticina projiciebantur *ms* morticina excoriabantur <sup>159</sup> Tunc plene sanguis *ms* omittit, plene sanguis

Acceperunt postea funes et traxerunt aliud <sup>160</sup> A brachium filii mei Jesu, et clavum secundum ei incusserunt <sup>161</sup>. Postea pedes funibus traxerunt, et clavum acutissimum incutiebant, et adeo tensus fuit ut omnia <sup>162</sup> ossa sua et membra apparerent, ita ut impleretur illud <sup>163</sup>. Psalmi : *Diminuerunt omnia ossa mea* (Psal. xli, 18). Et tunc impleta fuit prophetia ipsius David, id est ipsius Christi, dicentis in psalmo : *Audi* <sup>164</sup> *filia, et vide* (Psal. xlii, 11). Quasi diceret filius meus : Audi, charissima mater mea, sonum malleorum, et vide qualiter manus meas et pedes meos confixerunt; et nemo <sup>165</sup> mihi compatitur, nisi tu sola mater mea electa. Audi filia, et compatere mihi. Hæc <sup>166</sup> audiens et videns, gladius Simeonis cor meum et animam meam transiit. Post hæc erexerunt eum cum <sup>167</sup> B magno labore, et fuit adeo alte suspensus quod ejus pedes nusquam attingere poteram. Et cum erectus fuisset, tunc propter ponderositatem corporis omnia vulnera <sup>168</sup> lacerata sunt et aperta, et tunc primo sanguis de manibus et pedibus copiosius emanavit. Ego autem induta fui quadam veste, qua mulieres regionis illius uti solent, qua tegitur caput et totum corpus, et est quasi linteum; et fuit ista vestis tota reversa sanguine.

## CAPUT XI.

*De Christi in cruce opprobriis.*

ANSELMUS. Quid factum est post hæc?

MARIA. *Postquam crucifixerunt filium meum, dividerunt sibi vestimenta sua, et mittebant sortem super vestem inconsutilem, ut impleretur quod dictum est per prophetam : Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes observabant eum* (Matth. xxvii, 35, 36). *Et scripsit Pilatus super caput ejus litteris Hebraicis, Græcis et Latinis : Jesus Nazarenus rex Judæorum.* Tunc Judæi rogabant Pilatum, ut non scriberet : *Rex Judæorum.* Sed quia dixit : *Rex Judæorum.* Pilatus res, ondit : *Quod scripsi, scripsi* (Joan. xix, 19-22). *Prætereuntes autem blasphemabant eum, moventes capita sua, et dicentes : Vah! qui destruis templum Dei, et post triduum reedificas* <sup>169</sup> *illud, salva te ipsum; si Filius Dei es, descende nunc de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus dicebant : Alios salvos fecit; D se ipsum non potest salvum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credimus ei. Confidit in*

*Deo, liberet eum nunc, si vult; dixit enim. Quia Filius Dei sum* (Matth. xxvii, 39-43)

## CAPUT XII

*De Verbis Christi in cruce.*

ANSELMUS. Quid ad hujusmodi insultus respondit filius <sup>170</sup> tuus?

MARIA. Dilectus meus oravit pro eis, dicens <sup>171</sup> : *Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt* (Luc. xxiii, 34). Et stabat populus expectans, et deridebat eum. Tunc matri potuit dicere : *Audi* <sup>172</sup> *filia, et vide* (Psal. xlii, 11), audi voces blasphemantium filium tuum, et vide dolorem meum. Scis enim quod de Spiritu sancto concepisti me, et quod virgo genuisti me, et qualiter aluisti me <sup>173</sup>. Unde ex quo isti non credunt in me, tu tamen crede in me, et compatere <sup>174</sup>. Tunc iterum gladius Simeonis animam pertransiit. Audiens hoc latro, qui a sinistris pendebat, insultabat ei, dicens : *Si tu es Christus, salva te ipsum et nos. Respondens autem alter, qui a dextris pendebat, increpans eum, dixit : Neque* <sup>175</sup> *tu times Deum, qui in eadem damnatione es, et quidem nos juste, quia digna factis recipimus; hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesum : Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Jesus : Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* (Luc. xxiii, 39-43)

A. Quid fecisti tunc, domina charissima?

M. Stabam juxta crucem tam plena mœrore, quod consolationem ferre non poteram, et mecum stabant sorores meæ, et Maria Magdalena. Et cum filius meus vidisset me et Joannem discipulum suum quem diligebat, dixit : *Mulier, ecce filius tuus* (Joan. xix, 25, 26). O quam miserabilis licentia! Deinde dixit discipulo <sup>176</sup> : *Ecce mater tua* (ibid., 27). Erat autem quasi hora sexta, et factæ sunt tenelæ super universam terram, usque ad horam nonam. Et clamavit Jesus voce magna, dicens : *Eli, Eli lamma sabbaothi, hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quidam autem dicebant : Etiam vocat iste. Sine videamus si veniat Elias liberans eum* (Matth. xxvii, 45-49). Postea sciens Jesus quia omnia consummata essent <sup>177</sup>, dixit : *Sitio* (Joan. xix, 28). Quid, Domine, sitis? Salutem peccatorum. Erat autem vas positum aceto plenum (ibid., 29), et currens unus, implens spongiam aceto, et circumoniens hastæ <sup>178</sup>, dabat ei bibere (Marc. xv, 39), ut

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>160</sup> Traxerunt aliud *ms omit.* aliud <sup>161</sup> Clavum secundum ei incusserunt *ms similem clavum incusserunt* <sup>162</sup> Pedes funibus traxerunt, et clavum acutissimum incutiebant, et adeo tensus fuit quod omnia *ms pedes etiam traxerunt, et clavos incutiebant, ita ut omnia* <sup>163</sup> Apparebant ita ut impleretur illud *ms apparerent, juxta illud* <sup>164</sup> Prophetia ipsius David, id est ipsius Christi, dicentis in Psalmo : *Audi* *ms* Prophetia David : *Audi* <sup>165</sup> Quia nemo *ms* et nemo <sup>166</sup> Audi filia et vide, compatere mihi. Hæc *ms* audi filia, et compatere. Hæc <sup>167</sup> Crucem cum *ms* eum cum <sup>168</sup> Corporis vulnera *ms* corporis omnia vulnera <sup>169</sup> Qui destruit... reedificat *ms* qui destruis... reedificas <sup>170</sup> Respondet filius *ms* Respondit filius <sup>171</sup> Dilectus meus oravit pro eis, dicens *ms hæc omittit* <sup>172</sup> Dicere illud Psalmi : *Audi* *ms* dicere : *Audi* <sup>173</sup> Aluisti me *ms* abluisti me <sup>174</sup> Crede in me et compatere *ms* crede quia filius Dei sum, tu tamen compatere <sup>175</sup> Respondens autem alter, quia a dextris pendebat, increpans eum dixit, Neque *ms* respondebat autem alius, et dicebat increpans eum, Neque <sup>176</sup> Dicit discipulo *ms* dixit discipulo <sup>177</sup> Consummata essent *ms* consummasset <sup>178</sup> Hastæ *ms* calamo

citius moreretur. Et cum gustabat, dixit <sup>179</sup> : *Con-*  
*summum est* (Joan. xix, 30.)

## CAPUT XIII.

*De Christi morte, et eam consecutis mirabilibus.*

Et post hoc dixit: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum* (Luc. xxiii, 46). In hac commendatione cum hostia sanguinis <sup>180</sup> commendabat Christus Deo Patri matrem dulcissimam, quæ scinum est et purissimum habitaculum sancti <sup>181</sup> Spiritus, una cum omnibus qui de Spiritu sancto victuri sunt usque in finem sæculi. Et post <sup>182</sup> hæc *inclinato capite tradidit spiritum* (Joan. xix, 30). Tunc *velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum, et terra mota est, et petrae scissæ sunt, et maxime illa petra, in qua stetit crux, scissa fuit, ita ut manus imponi posset* <sup>183</sup>, *et monumenta aperta sunt, et multi corpora sanctorum, qui dormierunt, surrexerunt, et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis. Centurio autem et qui cum eo erant, custodientes Jesum, viso terræ motu et his quæ fiebant, timuerunt valde* (Matth. xxviii, 51-54), *et ipse centurio, glorificavit Deum, dicens: Vere Filius Dei erat iste* <sup>184</sup> (Luc. xxiii, 47). Ecce quomodo omnia elementa Christo compatiebantur; soli autem Judæi indurati fuerunt. *Et omnes qui simul aderant ad spectaculum istud, videntes* <sup>185</sup> *quæ fiebant, pectora sua percutientes revertebantur. Stabant autem omnes noti ejus de longe, et mulieres quæ secutæ sunt eum* <sup>186</sup> *a Galilæa, hæc videntes* (ibid. 48, 49)

## CAPUT XIV.

*Luctus matris pro filii morte.*

ANSELMUS. Chastissima domina, habuit adhuc nem dolor tuus?

MARIA. Non, Anselme, quia nondum plene prophetia Simeonis impleta erat, *et* <sup>187</sup> *tuam ipsius animam pertransibit gladius* (Luc. ii, 35). Audi ergo quod super omnia est lamentabile. *Judæi ergo* (quoniam parascene erat) *rogabant ut non remaneret in cruce corpora sabbato. Erat enim magnus dies ille sabbati, rogabant Pilatum ut frangerentur eorum crura, et tollerentur. Venerunt ergo* <sup>188</sup> *milites, et primi frigerunt crura, et alterius qui crucifixus erat cum*

*eo* Ad Jesum autem cum venissent, et invenissent <sup>189</sup> *eum jam mortuum, non frigerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua* (Joan. xix, 31-34). Cumque hoc viderem, quod talem crudelitatem in jam mortuum exercerent, et examinis facta fui <sup>190</sup>, et tunc vere impleta est prophetia Simeonis, quæ dicit: *Et tuam ipsius, etc.* Et tunc cœpi clamare, et ejulare; sed jam omnino lacrymæ in me defecerunt; tantum fleveram nocte præterita et die illa; et dicebam: Eia, dulcissime fili mi, ubi est nunc consolatio quam semper in te habui? Quis mihi det ut ego moriar pro te, fili mi Jesu? His, et aliis similibus, dulcissimi unici filii mei mortem deplavi.

## CAPUT XV.

*De animæ Christi ad limbum descensu.*

Tunc magnum gaudium fuit factum in limbo, quando anima Christi in ipsum descendit, et patres inde liberavit, et limbum destruxit, et infernum obstruxit, ita quod nullus Christianus illuc venire poterit nisi proprio suo arbitrio, nec aliquis eorum, qui intus sunt, ante diem judicii exire poterit. Tribus autem vectibus infernum obstruxit. Et hæc est ratio, quia ante mortem suam nulli habere poterunt contritionem, confessionem, vel satisfactionem <sup>191</sup>.

## CAPUT XVI.

*De corporis Christi depositione de cruce, ac sepultura.*

ANSELMUS. Quid factum fuit post hæc?

MARIA. Post hæc rogavit Pilatum Joseph ab Arimathæa, ut tollet corpus Jesu (Joan. xix, 38), dicens inter alia: Domine, nisi corpus cito traderis, honesta mulier, mater ipsius juvenis, moritur præ dolore. Tunc Pilatus <sup>192</sup> quæsivit si jam mortuus esset, et expertus a centurione <sup>193</sup> de omnibus quæ ibi acciderant, jussit dari corpus Jesu (Marc. xv, 47). Et venit Joseph, et tulit corpus Jesu <sup>194</sup>. Nota hoc, Anselme, quod multum <sup>195</sup> est lamentabile. Dum Joseph corpus deponeret, ego stabam juxta crucem sursum respiciens. Expectabam quando brachium solveretur, ut tangerem et deoscularer, sicut et feci; et cum depositus esset de cruce, posuerunt <sup>196</sup>

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>179</sup> Et cum gustasset, dixit *ms* et cum accepisset acetum, dixit <sup>180</sup> Cum hostia sanguinis *ms* hæc omit. <sup>181</sup> Matrem dulcissimam quæ scinum est et purissimum habitaculum sancti *ms* dilectissimam matrem suam, strenuam et serenissimum et purissimum receptaculum sancti <sup>182</sup> Et post *ms* et post hæc <sup>183</sup> Potuissent, et *ms* posset, et <sup>184</sup> Hic homo justus erat. *ms* Filius Dei erat iste <sup>185</sup> Istud ex eis, videntes *ms* ejus videntes <sup>186</sup> erant eum *ms* sunt eum <sup>187</sup> Impleta fuit, scilicet et *ms* impleta erat; et <sup>188</sup> Venerunt autem *ms* venerunt ergo <sup>189</sup> Viderent eum *ms* invenissent eum <sup>190</sup> Quasi examinis jam facta fui *ms* exanimis facta fui <sup>191</sup> Vectibus infernum obstruxit. Et hæc est ratio, quia ante mortem suam nullam habuerunt contritionem, confessionem, vel satisfactionem: quæ nullus ante Passionem Christi habere potuit, scilicet contritionem, confessionem, satisfactionem. *ms* noctibus infernum obstruxit: quia nulli ante passionem habere potuerunt scilicet contritionem, confessionem et satisfactionem <sup>192</sup> Honestam mulierem mater ipsius juvenis moritur præ dolore. Pilatus, etc. *ms* pulcherrimam Dominam perdemus matrem juvenis qui occisus est, quæ tantum dolorem ostendit, quo tantum ei compatimur, quantum si omnium nostrum unicus esset. Tunc Pilatus, etc. <sup>193</sup> Expertus a Centurione de *ms* expertus de <sup>194</sup> Et venit Joseph, et tulit corpus Jesu *ms* omittit <sup>195</sup> Quod multum *ms* quod nimis <sup>196</sup> Stabam sursum respiciens quando brachium dissolveretur, ut tangerem et deoscularer, sicut et feci: et cum depositus esset de Cruce, posuerunt *ms*. Ego stabam juxta Crucem sursum respiciens. Et cum depositus esset de Cruce, posuerunt eum super terram. Expectabam quando brachium solveretur, ut eum tangerem et oscularer eum, sicut et feci. Et cum depositus esset, posuerunt eum



eum super terram bene ad tres passus de loco cui eis  
Et ego caput ejus in sinum meum recipiens amantissime  
fieri coepi, dicens : Heu ! dulcissime fili, qualem  
consolationem habeo <sup>197</sup> quæ mortuum filium co-  
ram <sup>198</sup> me video. Tunc accurrens Joannes evange-  
lista cecidit super pectus Jesu, plorans et dicens :  
Heu, heu, de isto pectore heri potabam dulcia verba,  
hodie <sup>199</sup> tristitia et lamentabilia. Tunc Petrus adve-  
nit ; et quod ipsum <sup>200</sup> negaverat, amarissime flere  
coepit ; tunc Maria Magdalena plus omnibus flere  
coepit super Dominum suum, dicens : Quis mihi  
modo peccata dimittet ? Quis me modo excusabit  
apud Simonem, et apud sororem meam ? Venit  
etiam Jacobus, qui frater filii mei appellatus est <sup>201</sup>,  
qui simillimus illi erat <sup>202</sup>, et cum multis lacrymis  
hoc dicebat : Heu ! Domine, et magister <sup>203</sup> die præ-  
terita, hæc facies amantissima erat mihi simillima <sup>204</sup>.  
Heu ! modo apparet multum dissimilis <sup>205</sup> : Tuæ ma-  
nus, et pedes tui clavis <sup>206</sup> sunt confixi ; corpus vero  
undique vulneratum apparet a planta pedis usque ad  
verticem ; meum autem apparet ex toto illæsum <sup>207</sup>.  
Juravit quod nec <sup>208</sup> cibum nec potum sumpturus  
esset, quousque ad similitudinem sui conformaretur.  
Tunc cæteri <sup>209</sup> discipuli accurrebant et lamenta-  
bantur super eum <sup>210</sup> ; et filius <sup>211</sup> meus ad consolati-  
onem meam et discipulorum glorificatus fuit ibi  
coram suis <sup>212</sup> : ita quod nulla plaga aut livor in  
corpore suo apparuit præter quinque vulnerum ci-  
catrices, quas reservaturus est usque in diem judi-  
cii, et adeo sanus apparuit <sup>213</sup> in corpore ac si  
nunquam passus fuisset. De quo ego et discipuli  
immensam consolationem recepimus. Et cum eum  
sepelire vellent <sup>214</sup>, cum magno hærore corpus for-  
tissime tenui et sepeliri vix permisi, dicens : Cha-  
rissime Joannes, relinque mihi mortuum filium  
meum, quem non potui habere vivum. Sed si ne-  
cesse est ut hoc facias, rogo te ut me cum ipso se-  
pelias. Joannes respondit : Scis, domina charissima,  
quod aliter esse non potuit, et genus humanum sic  
redimi debuit. Tandem invita permisi ut sepelite-  
tur ; et cum in sepulcrum positus fuisset, ad eum  
intrare volui, et super sepulcrum me projeci, et adeo  
miserabiliter egi quod <sup>215</sup> omnes fleverunt. Et cum

A me Joannes ad civitatem ducere vellet, et a se-  
pulcro amovere, lacrymans rogavi. Charissime  
Joannes <sup>216</sup>, non facias mihi hanc injuriam <sup>217</sup>, ut  
me separet <sup>218</sup> a dulcissimo filio meo Jesu, quoniam  
hic expectabo donec <sup>219</sup> moriar ; et iterum omnes  
fleverunt Joannes vero me tandem accipiens et  
quasi violenter deducens in <sup>220</sup> civitatem introduxit.  
Populus autem me videns indutam vestem aspersam  
sanguine, sicut ante Jesum steteram, et sanguis ejus  
super me stillaverat, unanimiter clamabant gemen-  
tes : O quanta injuria facta est hodie in Hierusalem  
in ista pulcherrima domina, et filio suo <sup>221</sup>, et com-  
patiebantur mihi. Judæi <sup>222</sup> autem propter invidiam  
recluserunt Joseph vivum in muro, quia Christum se-  
pelivit ; uxor autem ejus locum filio ejus Josepho post  
ostendit <sup>223</sup>. Tandem post annos quadraginta vene-  
runt Titus et Vespasianus, Hierusam destruentes <sup>224</sup>,  
et Joseph vivum in muro invenerunt <sup>225</sup>. Et sicut  
Judæi Christum pro triginta denariis emerunt, ita  
triginta Judæos pro uno denario vendiderunt <sup>226</sup>.

Heu sponsa mea dilecta cerne meas

Quas pro te suffero pœnas.

Ferre non expavi

Quod agunt crux, lancea, clavi.

Fel ego degustavi,

Quia te vehementer amavi.

Tu mihi redde vicem,

Tu quoque tolle crucem.

Vide me nudum,

Verberibus laceratum,

In medio latronum

Crucci ignominiosæ clavis ferreis affixum,

Aceto in cruce potatum,

Post mortem lancea latus vulneratum.

Ad hoc anima dixit : Ecce vox sanguinis sponsi mei  
Jesu dilecti clamat ad me de cruce : O sponsa mea  
unica, vide dolorem meum. Ad hoc sponsa. Jesu,  
mi dilecte, factus es pro me opprobrium hominum,  
qui est Dominus angelorum. Attende, o anima, iste  
est dilectus tuus, cujus pedes pallidos clavo perfos-  
sos, sanguine perfusos intueris. Vide non sine amaro  
planctu et lacrymis, non positum suaviter, sed dis-  
tentum crudeliter in ligno duro corpus Jesu d li-

#### VARIAE LECTIONES.

<sup>197</sup> Consolationem de te habeo *ms omit.* de te <sup>198</sup> Quem nunc mortuum coram *ms* quæ mortuum filium  
coram <sup>199</sup> Dulcia hodie *ms* dulcia verba, hodie <sup>200</sup> Et quod ipsum *ms* et qui ipsum <sup>201</sup> Mei appellatur *ms*  
mei appellatus est <sup>202</sup> Sibi erat *ms* illi erat <sup>203</sup> Heu Domine *ms* heu Domine, et magister <sup>204</sup> Heu, Domine.  
talem gratiam mihi indigno præ cæteris contulisti quia dulcissima facies tua erat mihi simillima *ms* heu, Do-  
mine et Magister, die præterita, hæc facies amantissima mihi erat consimillima <sup>205</sup> Heu modo apparet vultus  
mihi dissimilis. *ms* modo apparet multum dissimilis <sup>206</sup> Pedes clavis *ms* pedes tui clavis <sup>207</sup> Vulneratum :  
meum autem corpus vero undique apparet ex toto illæsum. *ms* Vulneratum apparet a planta pedis usque  
ad verticem : meum autem econtrario <sup>208</sup> Juravit quod nunquam *ms* juravit quod nec <sup>209</sup> Cæteri  
omnes *ms omit.* omnes <sup>210</sup> Lamentantes super eum *ms* et lamentabantur super eum <sup>211</sup> Tunc filius *ms*  
et filius <sup>212</sup> Coram nobis *ms* coram suis <sup>213</sup> Sanus apparuit *ms* sanus et clarus apparuit <sup>214</sup> Sepelire  
vellem *ms* sepelire vellent <sup>215</sup> Egi, quod *ms* incesi, quod <sup>216</sup> Lacrymans rogavi : Chare Johannes *ms*  
ideo miserabiliter clamavi : Johannes charissime <sup>217</sup> Mihi injuriam *ms* mihi hanc injuriam <sup>218</sup> Me sepa-  
rarem *ms* me separet <sup>219</sup> Expectare vellem donec *ms* expectabo donec <sup>220</sup> Tandem in *ms* tandem me  
accipiens et quasi violenter deducens in <sup>221</sup> A. ista Domina et filio suo *ms* ista pulcherrima Domina et Filio  
ejus <sup>222</sup> Nobis. Judæi *ms* mihi. Judæi <sup>223</sup> Filio ejus Josepho post ostendit *ms* filio Joseph ostendit <sup>224</sup> Hie-  
rusalem destruentes *ms* Hierusalem destruxerunt <sup>225</sup> De muro excluserunt *ms* in muro invenerunt  
<sup>226</sup> Vendiderunt. *Explicit hic in editis. at in ms Thu. 519 hæc nullo interjecto spatio subsequuntur*

catum. O te, Jesu salus omnium! O admiranda et amanda dignatio! O Jesu mi dilecte, et Deus immensæ gloriøsæ, verm̄is contemptibilis propter me fieri non despexisti! O speculum! O claritas angelorū! Ascendisti arborem crucis, et extendens manus ac membra tua in ejus ramis effudisti floridum sanguinem per radices tui corporis. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutans accipiam, et nomen Domini invocabo* (Psal. cLV, 12, 13). Deo Gratias <sup>227</sup>.

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>227</sup> Heu sponsa mea dilecta cerne meas  
 Quas pro te suffero pœnas.  
 Ferie non expavi  
 Quod agunt crux, lancea, clavi.  
 Fel ego degustavi,  
 Quia te vehementer amavi.  
 Tu mihi redde vicem,  
 Tu quoque tolle Crucem.  
 Vides me nudum,  
 Verberibus laceratum,  
 In medio latronum,  
 Cruci ignominiosæ clavis ferreis affixum,  
 Aceto in cruce potatum,  
 Post mortem lancea latus vulneratum.

Ad hoc anima dixit: Ecce vox sanguinis sponsi mei Jesu dilecti clamat ad me de Cruce. O sponsa mea unica, vide dolorem meum. Ad hoc sponsa, Jesu, mihi dilecte, factus es pro me opprobrium hominum. Qui est Dominus angelorum, attende, o anima mea, iste est dilectus tuus, cujus pedes pallidos, clavo periosos, sanguine perfusos intueris. Vide non sine amaro planctu et lacrymis, non positum suaviter, sed distentum crudeliter in ligno duro corpus Jesu delicatum. O te Jesu salus omnium! o admiranda et amanda dignatio! O Jesu, mi dilecte, et Deus immensæ gloriæ. Verm̄is contemptibilis propter me fieri non despexisti. O speculum, o claritas angelorum! Ascendisti arborem crucis, et extendens manus ac membra tua in ejus ramis effudisti floridum sanguinem per radices tui corporis. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutans accipiam, et nomen Domini invocabo* (Psal. cLV, 12, 13). Deo gratias. Explicit narratio Beatæ Virginis Mariæ, de Passione Domini ad B. Anselmum.

## DE MENSURATIONE CRUCIS

### LIBER

In illud Christi: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me* (Lucæ IX, 23)

Quoniam jubente filio tuo Christo: *Perfecti estote*, B  
*sicut et Pater vester cœlestis perfectus est* (Matth. v, 48): et Apostolo exhortante ut ad perfectionem feriamur, omnibus modis ad perfectionem vitæ tendere debemus; tendentes autem sine ductore, errare possumus; optime consulit nobis in eo bonitas tua, Dēus meus, qui eundem unicum tuum nobis in ductorem tradere dignatus es, ut nobis factis et verbis viam veritatis ostenderet ac doceret. Cui etenim ut eum confidenter sequeremur perfectionis testimonium perhibuisti, dicens: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite* (Matth. xvii, 5). Ipse igitur, ut faceret voluntatem tuam, quoddam compendium viæ perfectionis brevibus sub verbis, sed plurimum ponderosis, nobis ostendit dicens: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me*. In quibus verbis ostendit paucitatem perfectorum libertatis arbitrii eum sequi volentium; ipse tamen vult noster esse ductor, initium viæ perfectionis, medium et finis, et qua intentione sit ambulandum. Singula autem in suis locis patebunt.

#### CAPUT PRIMUM.

*Expenduntur primæ particulæ, Si quis, ubi de radicibus et remediis pusillanimitatis.*

Paucitatem perfectorum innuis, Domine, in eo quod dicis: *Si quis*, quasi aliquis ex multis vult post me venire. Et quare hoc, Deus meus, nisi ex quodam torpore et pusillanimitate nimia, eo quod plerique animum suum ad tendendum sursum cogere nolunt, et perfectam viam attentare non audent. Nascitur autem pusillanimitas etiam nimio timore, maxime propter peccata præterita, et quod minus propria respiciunt merita, propter utilitatem; quod nimis timent impedimenta, et quod statim non sentiant se proficere, inter quotidianos lapsus, et quod tuam minus considerant bonitatem. Ista etiam sæpe multos repellunt ne audeant attentare viam perfectam, imo et ipsos incipientes sæpe in tantum dejiciunt ut procedere se posse desperent. Sed primum, scilicet nimius timor propter peccata præterita non debet nos impedire, quia si bene eo utimur, omnia computantur nobis in bonum prædicandi nimiam bonitatem tuam, cognoscendi te, atque